



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Consuetudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Conseruator.

1 **C**onseruator, i. Iudex datus à Papa ad defendendum aliquem contra apertas iniurias, potest cogere per excommunicationem brachium sæculare ad se adiuuandum.
* *Syl. Conseruator. nu. 4.*

Consilium, vide Restitutio.

1 **C**onsilium sequi tenetur, qui iubetur facere de consilio, aut secundum consilium, non autem si petere tantum aut facere cum consilio. *Vide c. 1. Ne sed. vac. lib. 6.*
* *Lege Syl. consilium. 1. 2.*

2 Si is, cuius consilio faciendum est, aut dare non vult, aut est absens, procedi potest ad actum, si est periculum in mora. * *Syl. l. c. 5.*

3 Consilium à se datum reuocans non tenetur secundum quosdam, de damno secuto, si tamen non persuadet, tenetur monere illum cui paratur damnum, vt caueat. Quidam tamen aiunt, semper de damno teneri suo consilio facto, si nō persuasit dam reuocaret, quia verè damni causa est: aliud verò longè esse in mandato quod sufficit reuocare: postea enim non potest dici damnum datum ex mandato.
* *Vide Nau. c. 27. num. 233. de irregularitate loquentem.*

Consuetudo, vide Lex.

1 **C**onsuetudinem generalem habentem vim legis, non potest Episcopus abrogare.

gare, vt nec Ius commune.

*De Consuetudine Azorius multa l. 5. à c. 17. *Cass. lib. 9. de legib.*

2 Consuetudo immemorabilis habet vim legis, & priuilegij, & facit præsumi iustum titulum.

*Vide *Carbonem l. c. d. 5. Nau. consil. 21. de cler. non resid. num. 4.*

3 Consuetudo rationabilis, si est contra ius, præscribit quadraginta annis: si autem est præter ius, decem. Quidam tamen dicunt, rationabili consuetudine non solum contra Ius ciuile præscribi decem annis, sed & cõtra Canonicum, Papa sciente, & non contradicente: quod mihi magis probatur: cur enim tam longa consuetudine non dicatur lex abrogata? Nec mihi satisfacit illorum responsum, per decem quidem annos non receptam legem nõ ligare, at vbi recepta est, opus esse per quadraginta nõ fuisse in vsu; nec enim video cur lex à principio non recepta per annos decem, nihilominus ligare debeat, aut cur ad receptam obligationem quadraginta opus sit. Hęc à me probabiliter dicta, doctiorum tamen, vt & reliqua omnia mea, submitto iudicio.

*Vide *lex. nu. 19. Rochum de consuetudine. Azor. l. c. 18. q. 6. 8. Couar. de matrim. p. 2. c. 6. §. 10. n. 19. Gl. consuetudo. nu. 6. & 4.*

4 Consuetudo non obligat, nisi id intendat qui potest legem condere: quod præsumitur
cũ m

cum est immemorabilis, aut saltem annorum
quadraginta. *Vide Ang. Vers. eod. nu. 5.*

5. *Consuetum dicitur, seu solitum, quod bis
factum est.*

* *Tafon in l. De quibus. ff. de legib. nu. 51. duos a-
ctus iudicarios notorios ad consuetudinem
inducendam satis esse ait.*

*Contractus, vide Culpa, Debitum, Deposi-
tum, Obligatio.*

1. **C**ontractus in quo seruatur Ius natura-
le, validus est, etiam si desit Iuris huma-
ni solemnitas, nisi lex ita irritet contractum,
vt impediatur etiam dominij translationem, vt
a pupillo: cui tamen Iudex illam per sententi-
am rem attribuerit, licite illam tenet.

* *Vide Testamentum 3. Sor. de hac re l. 4. q. 5. art.
3. Salon. q. 5. de dominio ar. 4. Io. B. Cor. q. 84. Mol.
d. 81. fuse differentem. Arrag. q. 62. Contractum
iure humano nullum, nullum esse in consci-
entia, docet Innoc. Couar. in c. cum esses de testa. num.
5. & in reg. peccat. 2. p. 6. 3. Ledes. & Gomez. cit. a
Mol. l. c. Contraria opinio placet Panor. And. de
Butr. & alijs citatis a Couar. Syl. Testamentum. 1.
nu. 5. Med. q. 23. de rest. in fine, Bannes pr. e. amb. ad q.
62. pag. 100. in 2. 2. prima sententia placet Arrag.
q. 62.*

Pupillo 3. Mol. l. c. col. 4. { Cui 3. Salon. l. c. conclus.
4. 5. imò Iudex, vbi nouerit contractam esse
nullum, talem illum declarare tenetur, & rem
domi-